

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue  
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatis, eorumque  
Ministerijs - In septem Tractatus distributus ...

**Puente, Luis de la  
Coloniæ Agrippinæ, 1629**

§. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)

semet-simili eorum. & loquere bona sic n. excipieris cum honore à Rege  
& à tota eius aula. quemadmodum reliqui Prophetae. Sed quid illi verus  
Dei Propheta respondit: viuit Dominus (inquit) quia quodcunque dixerit mihi  
Dominus, hoc loquar, siue illud placeat, siue displiceat, siue prosperū sit, si-  
ne aduersum: etiam si intelligā, omnes contra me insurrecturos: ac prop-  
terea à Regis gratia me exalserunt, & à totius populi fauore & amore; &  
libertatem in eam, honorem ac vitam amissurum. Qui quemadmodum  
se facturum iurauit, ita opere impleuit: quamuis propterea fuerit percus-  
sus à quodam falso Propheta in maxillam, & iussu Regis missus fuerit in car-  
cerem in quo sistent, a retur pane tribulationis & aqua angustia; hoc est, pro cibo  
haberet cruciatus, & angustias pro potu.

## §. I

**H**ec dissimilis fuit Ieremias Propheta, quem Deus in suum elegit  
Prædicatorem: & cu[m] cum ad prædicandum mitteret, dixit ei: a  
accinge lumbos tuos, & surge & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio ti-  
bi. Ego quippe dedi te hodie in Ciuitatem muniam, & in columnam ferre, &  
in murum ex eum, super omnem terram Regibus Iuda, Principibus eius, & Saer-  
dotibus, & populo terra. Et bellabit aduersum te, & non præualebunt: quia ego  
tecum sum, ut liberemus te a lure optimo Dominus noster suum Præ-  
icatorem vocat Ciuitatem muniam sicut vocavit Apostolus: b Ciuitatem supra mon-  
tem poscam. Debet enim habere in se exercitium virtutum, & sanctorum  
operum, quæ instar castrorum eum protegant ac defendant; debet que-  
esse munitiones & corroboratus omnigenere armorum spiritualium, quæ  
Sanctus Apostolus vocat c armaturam Dei, cum dixit: statice succincti lumbos  
vestros in veritate (amplectentes veram castitatem & puritatem) & induiti  
lorum in iustitia, & calceati pedes (mortificantes afflitos vestros terrenos)  
in preparatione Euangeli pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis  
omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam & spem salutis assumite; &  
gladium spiritus, quod est verbum Dei, quod prædicaturi estis. His armis  
manicis Prædicator, erit quasi Ciuitas benè munata, & columnam ferrea, &  
murus aeneus; coniungens vitæ, morumque celitudinem cum fortitudine  
& firmitate, ad Ecclesiam doctrinâ sua sustentandum ac defendendam  
Ita ut quamvis magnates, statûs seculares & Ecclesiastici, & multitudo  
plebis contra eum exurgant, præualere non possint: quia habet secum  
Deum prætorem, & adiutorem præcipuum. Nec celebuntur præua-  
lere, etiam si ipsum capiant, torqueant, & macerent. Id enim rotum fece-  
runt Principes & Sacerdotes Iuda contra Ieremiam: nec tamen contra  
eum prævaluerunt: quia non potuerunt efficere, ut desineret veritatem  
prædicare iuxta Dei mandatum: in quo ipse contra eos prævaluit.

Quidigitur dictum de Propheta Ezechiele: cui Deus tantam dedit

animi

a Ierem. 1.  
17  
b Matt. 5.  
14.

c Ephe. 6.13.

animi fortitudinem, ad prædicandum ipsius verbum genti rebelli & contumaci Israel, vt diceret ei: *d ecce dedifaciem tuam valentiorum facilius;* & frontem tuam duriorum frontibus eorum. vt adamentem & in silicem dedifaciem tuam: ne timeas eos neg, metuas a facie eorum: quia ego tecum sum. Atque si ei dixisset: quænus populus, ad quem ego te mitto, sit temerarius, fortis ac durus in peccando: ego te audaciorem, fortiorum, ac duriorum reddam ad prædicandum, & reprehendū eorum vitia, si forte addiant & conuertantur. Perpendit autem S. Gregorius, quod Deus conferat faciem & Prædicatoris cum adamante, qui est lapis pretiosus, & magni ornamenti; & cum silice, lapide scilicet vili & conculcato: ut intelligi, quod erga potentes, qui ipsam honorant, debeat esse solidas qualitas, seruas magnam autoritatem, & animi libertatem, ne propter eorum respectum deficiantur: quæ praestare debet; cum alijs autem, qui ipsum, contemnunt & quasi calcant: debeat esse durus sicut silex, ad tolerandum, ne deflegetur propter humanum timorem ab eo, quod ex officio præstare debet. Et quemadmodum silex est igne naturæ, & emitit scintillas cum excusorio ferro percutitur: ita facies Prædicatoris, accendens, debet igne amoris & zeli contra peccata, ad accendendos peccatores amore Dei: scipsum vero defendendum, ne repugnantium ire & ministrum terrent aut noceant. Ad idem propositum tendit, quod Deus ulliter eundem Prophetam, cum prædicaret contra rebellem Ierusalem, emere sartaginem ferream, & ponere eam in murum ferreum inter se & civitatem, quæ sartago (vt ait idem S. Gregorius) significat vehementem zelum gloriarum Dei & salutis animarum, quemadmodum enim cibus figuratur in latagine: ita anima zelantis Prædicatoris figuratur in ipso zelocumitate eius, scilicet sicut Apostoli dicentis: *t quis scandulizatur, & ego non voro?* Qui zelus est instar muri ferrei protegentis Prædicatores aduersus pertinaces, qui ipsis resistunt, & in Die iudicij reddet eos rutos, cum exigetur ab eis ratio de præstito suo officio.

TRANSEAMVS nunc ad nouum Testamentum, & faciamus initium a Sancto Christi Præcursori, qui g præcessit ante ipsum in Iudea & natione Eliae, imitans zelum huius Prophetæ quo in Christus a sperante reprehendebat virtutem Pharisæorum, appellans eos h genimina vi per am: & postea ostendit animi sui fortitudinem in Regem Herodem, dicens ei: *i non lucet tibi habere uxorem fratris tui.* Quamvis autem Herodes, eum libenter audibat; & ipse intelligebat, propter huiusmodi reprehensionem Regis amicitiam se amittere, & venturum in odium & inam Herodiadis: non tamen propterea ab officio suo destituit, nec a Rege cum libertate reprehendendo. Quicquid obrem ipse Christus de eo dixit, quod non esset in mundo vento agitata: non enim erat inanis aliquis homo, querens honorem suum; mutabilis autem

incon-

d Ezech. 3.8

Hom. 10.  
in Ezech.

c Ezech. 4.3

Homil. 12.  
in Ezech.

f Corint. 11.

29.

Et 2. Pasto-  
ral. C p. 10.g Luc. 1.17.  
h 3.7.

i Marc. 6.18

k Matt. 21.

7.

inconstans sicut Luna; non euane sciebat prosperitatibus: neque aduersitatibus animum abijciebat: non flebat potentium fauore, neque ob eorum minas spiritum suum relaxabat; sed potius in suo splendore lucebat permanebat. erat coluna ferrea inuicta, quasi vna illarum quas posuit Salomon in templo. m ex aere fusi. quas vocauit Iachin & Booz. hoc est firmitate & fortitudinem quarum praeclaras proprietates postea explicabimus. Eius quoque facies erat sicut adamus & filex: adamus quidem ob vice perfectionem, & præstantiam: quæ, n. cum ipse nullem signum fuisset, sufficiens tamen fuit ut ab omnibus in honore haberetur, & magnificeret, multosque conuerteret peccatores: filex autem propter insignem tuam humilitatem, simul cum igne & zelo charitatis: qua tenebatur ad propugnandum honorem Salvatoris. Quemadmodum apparuit cum tactus excusorio ferro illius interrogationis: o Tu, quis es? Respondit zelo humili, & humilitate zelante se neq; Christum esse, neq; Eliam; sed vocem clamantis in deserto: dirigite viam Domini. propter quæ ipse Salvatorem appellauit: plucernam ardensem, & lucentem: ardebat enim igne chitatis, & feruentis zeli, ac desiderij gloriae Dei, lucebat autem prædicatione, qua proximorum bonum promouebat. Cuius ardor & lux tanta fuit, ut aquæ persecutionum, quas Herodes in ipsum excitauit, non potuerint eam extingui. Quamuis enim vitam ei abstulit, quamdiu tamen illa perdurauit, nunquam eius flamma passa est aliquam immisionem.

Hoc primum exemplarum est Prædicatorum Euangelicorum, quorum officium est esse præcursorum Salvatoris; & præparare corda hominum, quæ ipse inhabitet per fidem & charitatem. In cuius rei signum q. misit ipse discipulos suos tanquam præcursorum ante faciem suam in omnem locum, quod ipse erat venturus. Nam (ut S. Gregorius explicat) Christus Dominus nostrarum sequitur suos Prædicatores, & prædicatio præuenit ac præparat hospitium animæ, in quam ipse per suam gratiam ingreditur: ac propterea omnibus competit illud Isaiae: preparate viam Domini; & illud Davidis: iter faci eti, qui ascendit super occasionem: ut illuminet manentes in occidente peccati. Ad quod munus obeundum, ut oportet, necesse est, eos imitanter zelum ac fortitudinem magni Ioannis Baptiste, & esse lucernas ardentes, & illuminantes ita firmiter & constanter, ut nulla tribulatio extinguere eam possit.

PRÆCLARIUS tamen adhuc est exemplar ipsius Christi nostri Salvatoris ac Magistri: cuius in hunc modum aduentus fuit eo tempore & occasione, ut ostendere potuerit magnū sicut zelū & fortitudinem quarestitū & oppoluit se innumeris peccatis, quæ tunc maxime in populo illo Hebreo feruebant; & errantibus doctrinis Scribarum, Pharisæorum, &

*l Eccl. 27.12  
m 3. Reg. 7.  
15. 12. Tra-  
dat. 7. 11. 13*

*n Joh. 10.  
41.*

*o Ioan. 1.20  
23.*

*p e. 1. 35.  
S. Gregorius  
Homil. 11.  
in Ezechiel.*

*q Luc. 10. 1  
S. Gregorius  
Homil. 19.  
in Euseb.*

*r Isaie, 40. 3  
f Psalm. 67.  
5.*

1. LXX. 21. 53

Pontificum, ac Sacerdotum, qui eius erant Magistri. Qui cum fere non possent graues ipsius Domini reprehensiones: calumniabantur, & per-  
quebantur eum, vt S. Lucas ait: *t cōperunt grauite inſiſtere, & oſe euop-  
pere de multu, iſſidantes ei, & quarentes aliquid capere de ore eius, vt accu-  
rent eum.* Quāuis autem multū illi laborarent, vt os eius cōſtruē-  
quam tamen libertatem & authoritatem eius opprimere potuerent. Et  
quamuis ipſi met discipuli, p: a timore ſeu eritatis, qua illos homines  
abat, voluerint eum à proposito auertere: ipſe tamen non defuit. Et  
cum quidam Phariseorum ſemel ei dicerent: *u exi & vade hinc, qua Hom-  
des vult te occidere.* ipſe dixit eis: *ite & dicite vulpi illi: me ipliſus cauſa non  
ceſſaturum ab offiſio meo, donec conſumar. Et ſic perſeuerauit viſque ad  
mortem in cruce ſub manib: hoſtium ſuorum.*

## §. II.

**N**E T A M E N exemplum hoc Saluatoris occasionem præbeat zel-  
tibus minus prudentibus, & audacib: alicuius lapsū, aduentu-  
eſt in duobus casib: ostendendum eſſe zelum & fortitudinem viquād  
ſanguinis effuſionem. PRIMVS eſt, in prædicanda & docenda vera do-  
ctrina fidei Catholicæ, & morum proborum aduersus eos, qui filiæ eam  
impugnarent aut impedirent. Tunc enim (vt ait S. Thom.) nunquam eſt  
defiſtendum, aut de feruore remittendum, propter minas, aut humi-  
nos timores; neque ob ſcandala, aut tumultus, qui exurgerent: quemad-  
modum & ipſe Saluator fecit, cūm ſuam doctrinam p: ad cab: & eos  
Apostoli ipſum imitantes in frācto pectore ac zelo fecerunt. Nam cum  
Principes Sacerdotum mortem eis minarentur, ſi Christi doctrinam præ-  
dicarent: magno animo responderunt: *a ſi iuſtum eſt in conſpectu Dei vnu-  
tiuſ audire, quām Deum: iudicat e, non enim poſſumus, que vidimus, & audi-  
muſ non loqui: neque enim tam eſtis cæci, vt non iudicetis præſtare, vt Deo  
ipſi poiuſt obediamus, quām hominibus.* Non dixerunt eis, vt at-  
tentent an iuſtum eſſet in proprijs ipſorum oculis; ſed in conſpectu & co-  
ram oculis Dei: nam Prædicatores & Magistri non debent adhibere pro-  
regula ac direktione ſenſus ac iudicij, quod verum ac iuſtum appetet in  
oculis humanis, laborantibus, ſuperbiâ, inuidiâ, & cupiditate; ſed quod  
verè iuſtum eſt in oculis puriſſimis Dei qui nunquam decipiuntur; & em-  
per iudicant proveritate & iuſtitia: quām vbi ſatis cognitam habēt, dicere  
debet: *non poſſumus, que vidimus, & audiuumus, non loqui, & prædicare.* Hoc  
eſt quod lumine rationis ac fidei nouimus, & quod Deus iubet vniuerso  
mundo publicati, nō poſſumus nō loqui. Quodſi hoc nomine coparabili-  
mus nobis inimicos, ed quod veritas odium pariat: illud accipient pro foli-  
tio, quod Deum ſibi faciant amicum; dum, quod ille iubet, promulgant.  
Ita euenit S. Paulo Apoſtolo, cūm Galatis prædicabat, non eſte amplius  
obſeruantur.

2. 2. 9. 43 a.  
7. ad 2. & 4

a. Act. 4. 19.